



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

mors antea tenebricosa, nunc per Christum, aut Verbum Dei facta est lucida, et splendida: est enim Christus lux et vita, quem si ad mortē, adtuleris, dispellet omnes mortis tenebras, et uiam illuminat, ut sciamus quā sit eundem. Hinc abiecta desperatiōe, oritur gaudium et exultatio. Habet et mors suum ordinē per Christum: de alteris enim dicitur: mors sanctorum preciosa: de alteris, mors peccatorum pessima.

## CAP. XL

R Espondens Sophar Naamathites, dixit.

Nunquid multis uerbis non respondendum erit? nunquid uir loquax iustificabitur?

Soli tibi homines tacebunt, ut irrideas, & non confundaris?

Dicis, munda est doctrina mea, & purus sum in oculis tuis.

Vtinam quis daret, ut Deus loqueretur, & aperiret labia sua tecum.

Et adnunciaret tibi secreta sapientiæ, quod dupliciter maiora posset intērare, & tūc intelligeres, quod sit tibi Deus, magis propitius, quam iniquitas tua ferat.

N :

ANNOT. IN HI OB

DIVERSA LECTIO.

Pro dupliciter maiora posset intentare, Hebraeus habet כפלים לתושיה quod uarie transferitur propter illā dictionem תושיה quae uariam habet significationem. Græcus ita legit, ὅτι διπλῶς ἐστὶ τῶν κατὰ σέ id est duplex erit in his rebus quæ secundum te sunt: uetus tralatio sic habet, quod multiplex lex eius esset. Alij ita interpretantur (multis efficeretur) ut sit sensus, si tibi Deus adnunciaret secreta sententiæ suæ, multis efficeretur, ut intelligeres minora à te exigi, quàm mereatur iniquitas tua, pro multis autem apud Hebræos est כפלים quod duplicia significat, & phrasi Hebræa, multa, ut Esaiæ 40. Suscepit de manu Domini duplicia, id est multam gratiam pro peccatis &c. Mea uero opinione, nō incommode ita transfertur, utinam Deus adnunciaret, quod dupliciter maiora intentare posset &c.

NUMQUID MULTIS VERBIS &c.

Adcedit tertius amicus Sophar Naamathites, prudentiæ suæ contra Hiob specimen factururus: principio exprobrat Hiobi multiloquiū, sed quàm cādide, ipse uiderit. Licet enim sermo Hiobis aliquāto uerbosior sit, ita tamen fert iudicij grauitas, quam si probe consideraueris, pauciora pro rei magnitudine dicere uideris, usq; adeo nullus sermo tā longus est, qui ad uerū explicare posset, grauē iudicij horrorē. In alijs autem

bua uer

but non necessarijs multiloquū esse, est stultiloquum  
 effectantū enim abest, ut in multiloquio sit prudentia  
 ut stultitia non inuenias indicē magis propriū. Præte  
 rea usque adeo odit Deus multiloquium, ut nec oratio  
 nem loqui bonam, si multiloqua fuerit, suscipiat: et  
 quæ apud Ethnicos erudita breuiloquētia cōmēdata fu  
 erit, uel unus Homeri de Menelao uersiculus testatur  
 τὸν γὰρ μὲν ἄλλα μάλ' ἀλιγέως, ἐπεὶ οὐ γὰρ  
 λιγέως, id est non is multa quidē, uerum argutiss  
 me, quippe pauciloquus.

AN VIR loquax IVSTIFICABITVR &c.

Quia in multiloquio non deest peccatum, et nō  
 qui multa, sed qui uera dicit, benedicit.

SOLI TIBI HOMINES TACEBUNT.

Id est, tibi ne soli, loquendi auctoritatē adrogas, Garrulus non  
 palas ne, tua uerba Apollinis oracula esse, nec alijs uitat peccatū  
 liceat te arguere, et mendacij conuincere. Prouerb. 10.

DICIS MVNDA EST DOCTRINA &c.

Supra, in fine Capituli Sexti, dicit Hiob, se loqui  
 uerissima, nec quenquam posse mendacij se arguere,  
 quod de ratione ad afflictionis intelligendum est, uera  
 enim loquitur, et unā cum Dei testimonio sentit, dū  
 docet, se inuitio citra causam ad afflictum. Nūc Sophar  
 confert inter se blasphemias et doctrinā Hiobis: atq;  
 ex blasphemijs consecutaneū putat, doctrinam etiam  
 amplam esse, qui enim, inquit, conuenit, quod doceas

ANNO T. IN HIOB

se infontem, à Deo percussum, & interim in Deum blasphemias, an ne munda et pura doctrina fuerit, tanta impietate fermentata? Tu uero sic habeto, munda est Hiobis doctrina, quoties innocentiam suam uindictat, & se citra causam adflictum testatur, ea enim Euangelij ratio est, ut omnis per fidem iustificatus, innocenter patiatur, quicquid adflictionum acciderit.

Immundus uero sermo Hiobis est, quoties grauitate iudicij & furoris Domini impulsus in Deum, pro impiorum atq; damnatorum more furit atq; insanit: nec mirum, si interim impatientius loquatur, quum nemo sit, qui in inferno confiteatur & laudet Dominum.

VTINAM QVIS DARET VT DEVS &c Sophar, probaturus Hiobem iuste adflictum, ab occulto dei iudicio  $\pi\delta\alpha\sigma\kappa\epsilon\upsilon\eta\varsigma$  uice optat ut aperiat Deus thesaurum sapientiae suae, et penetralia prudentiae: quibus rebus manifeste declaratur, multo maiora esse peccata, quam praesens adflictio, neq; tantum suppliciorum irrogari, quam meriti sit, id quod admodum uerum est: si enim iniquitates obseruaueris

Adflictio propter peccatum aut probatio est.

Domine, quis sustinebit? non enim est in terra, qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sed in adfligendo Dominus duplicem habet respectum: alterum, ad peccata, ad ueterem Adam: alterum, ad fidem, ad nouum hominem. Si respiciat peccata, riuus semper adfligit, quam meritum sit: & hoc respectu, iustissime faceret.

eret, etiam si totum orbem, in abyssum inferni detru-  
deret: sin respiciat fidem, suam ipsius promissionem,  
fide possessam, aut nouum hominem in Christo renas-  
citur, que quid infligit, non tanquam supplicium infli-  
git, sed ut sit *πειρα τήλεον*, id est, tentatorium, &  
malis suis declarandæ officina.

Nunquid inuestigando Deum, inue-  
nies, & perfecte omnipotentem reperiens.

Altior est cælo quid facies? profundi  
in inferno, quomodo cognosces (eum?)

Longior terra, mensura eius, & latior

Si (oia) subuerterit, aut constrinxerit,  
aut in unum coniecerit, quis contradicet ei?

Ipsa agnoscit uiros uanos, & uidit ini-  
quitate, & non intelligeret?

Vir uanus superbit, & (ut) pullus on-  
gri (sic) homo natus.

**NUNQUID INVESTIGANDO DE-**  
**UM** etc. Ante reprehendit Sophar Hiobem, quod  
innocentiam suam, nimio multiloquio, & magis præ-  
frase, quam pie uindictet, quando nemo in conspectu  
Dei iustificetur, nunc illud ipsum probat ex occulto dei  
iudicio. q. d. noli te coram Deo innocentem iudicare,  
quia occulta sunt eius iudicia, nec quisquam ea penetrare

ANNOT. IN HIOB

re potest, etiā si nescias te impie egisse, neq; fueris  
 bi alicuius criminis conscius, agnoscit tamē Deus, et  
 scōditorū rimator. **ΚΑΡΠΟΡΥΘΩΣΗΣ** Quis ergo  
 deat se aduersus Dei iudiciū eleuare, et abscondi  
 iudicia eius se cognouisse gloriari? Vnde et Paulus  
 clamat, O profunditatem diuitiarum sapientiae et  
 gnitionis Dei, quā inscrutabilia sunt iudicia eius, et  
 imperuestigabiles uiae eius. Altior est caelo, profundior  
 inferno, longior terra, latior mari, potentior omnibus  
 creaturis, et si omnia conculcasset, et in nihilum redi-  
 geret, neminem haberet aduersatorem, aut cōtradictorem.  
 Omnia enim sunt in manu sua posita. Iam ut  
 maxime ratione humana, Deus comprehendi nō potest,  
 nec iudicia eius occulta, penetrari queant, fidei ta-  
 men in Christum omnia possibilia sunt: Deus enim  
 per se se imēsus, factus est in Christo dimensus, ut pos-  
 sit **FIDE** comprehendi, ut est Ephes. 3. Flecto genua  
 mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ut ualeatis  
 adsequi, cum omnibus sanctis, quae sit latitudo  
 longitudo, profunditas et sublimitas, et ut fides Deum  
 comprehendit, ita Deus libēter sinit se fide capere.  
 Cuius rei exemplar habes in Iacob, qui luctabatur  
 cū Deo per fidem, usq; ad mane, et praeualuit, unde  
 cognomen sortitus **יַעֲקֹב** hoc est uincens di-  
 um, sic et Mose, Exodi. 32. coeperat Deum fide  
 promissionem, adeoq; fortiter tenuerat ut diceret do-  
 us dimitte

ur: dimitte  
 esse incom  
 gelio fit, qu  
 IPSE  
 Hoc est,  
 dema, ut a  
 tatem, sed  
 cui corā h  
 corā Deo u  
 sed intumē  
 ut homo u  
 cor, et ph  
 cui carea  
 duo, quod  
 VIR  
 Quasi  
 ni intellig  
 tem: quis p  
 rei, aut cor  
 et tumidi  
 uerfus eiu  
 phar hio  
 et genera  
 hominis p  
 dis huma  
 onagri p

us: admittite me &c. Proinde, quod Sophar ait, Deum esse incomprehensibilem, intelligas lege, nam Euangelio fit, quantum satis est, comprehensibilis.

## IPSE AGNOSCIT VIROS VANOS.

Hoc est, tanta præditus est Deus & scientia et prudentia, ut agnoscat non solum externam hominis impunitatem, sed & internam uanitatē: nam etiamsi extrinsecus corā humano iudicio, iustus uidearis, non tamen corā Deo iustificaberis, qui non iuxta laruam externam sed internam impietatē iudicat: aliter uidet hō, aliter deus, homo uidet quæ adparēt, dominus autem intuetur cor, & pbat renes: proinde, ut maxime externis peccatis careas, semper tamen inuenit Deus in abscondito, quod iudicet, & digne punire possit.

## VIR VANVS SVPERBIT.

Quasi diceret, quando ita se res habeat, quod Deum intelligat iniquitatem, etiam in penetralibus latentem: quis sane mentis, aduersus eius iudiciū insurgere, aut contra eum superbiret? sed quid plura? uani & tumidi hominis est, Deo insultare, & cristas aduersus eius iudiciū erigere. Tacite autem mordet Sophar Hiobem, tanquam uanum & turgidū hominem & generale gnoma, non tam Hiobis, quā uniuscuiusque hominis presumptuosam fiduciam, & audacem cordis humani temeritatem describit: nam ut indomitus onagri pullus, temere fertur in quæuis obuia, nec pos-



ANNOT. IN HIOB

**Cor humanū indomabile.** sit à licentia sua cohiberi, tanta est bestię feritas, nihil minus corde humano domabile est, fertur enim temere, in quęuis mala, inflatur, turgescit, spirat impetua gentia (est enim cor fiducia sedes) superbit etiam uersus Deum, & nihil non licentia conatur, si habena remissa ei fuerint, ut Gene. 11. Remissa erat

**Cor humanū nihil moderabile finit.** quantulum cordi sua habena. Sed uide quid moliatu ædificium cuius cacumen ad cœlū pertingat. Remissum erat frenum cordi Nebucadnezar, sed quid conatur? in cœlum, inquit, ascendam supra astra Dei, & habitabo solum meum. Quantam uero aliās malorum lernam, cor gestet, si tradetur in sua desyderia, uide Ro. 1. & Matth. 15. Itaq; lex data est, ut sit pædagogus, & pullum onagri, hoc est, hominem eximia ferum, coherceat: nā & non nihil hac caussa, crux p̄cipue imponitur, ut carnis ferocitatem comprimat.

Si tu direxisses cor tuum (ad Deum) & extendisses ad eum manus tuas,

Si iniquitatem, quę est in manu tua, longe abiiecisses, & non habitasset in tabernaculo tuo malignitas,

Tunc leuares faciem tuam sine macula, & esses firmus, nec timeres,

Similiter miserię obliuiscereris, sicut mare pertransit, ita (non) recordareris.

Et de meridie surgeret uita, emicaret  
quasi mane.

Et confideres proposita spe, ac (ueluti)  
defossus, securus dormires,

Et quiesceres, nec esset qui exterreret,  
& contremiscerent faciem tuam multi.

Oculi autem impiorum deficiunt, effugium per-  
itab eis, & spes eorum, exuflatio animæ est

STVDIREXISSES &c. Potes hæc tanquam  
pernesim ad resipiscentiã, & peccatorum confessionem  
intelligere, ut sit sensus: utcumque nunc adfligaris, hor-  
tor & admono te, resipiscas, agnoscas te iusta pati,  
dirigas cor tuum ad Deum, extendas manum tuam ad  
precandum Deum, abijcias impietatem operum tuo-  
rum, tunc enim purus et immaculatus coram Deo ad-  
parabis, firmus constabis, miseriæ obliuisceris, om-  
nia tibi bona adfluunt: quod si autem in impietate per-  
maneris, peribis, ut impij, qui spe sua pudefiunt. Sed  
si leges iuxta translationem supra positam, reprehensio-  
nis est, qua Sophar ostendit Hiobem iuste adflictum:  
Si pie, inquit, uixisses, uiueres nunc summa animi læ-  
ticia, & fruereris dei benedictione, nec obruissent te  
tanta mala: iam, quia te obruerunt tanta mala, im-  
pius igitur es. Videntur autem & Sophar, & reliqui  
amici Hiob, prorsus ignorare, quid sit, aut efficiat

Euangelion, & fides in promissionem Dei, sic et  
 argumentatur contra Hiobem, quasi nullus unquam  
 possit coram Deo, fide iustificari: proinde, confes-  
 sionem putant, unumquemque iuste adfigi, quando  
 Tria spectan-  
 tia ad pietate-  
 lus à peccato immunis sit. Porro, hoc loco tria enu-  
 merat Sophar, ad pietatem spectantia. Primum, e-  
 dirigere cor ad Dominum, quod aliàs dicitur: con-  
 uertimini ad me, & ego conuertor ad uos, uertitur  
 enim cor, per infidelitatem ad terrena, & carnalia  
 rursum, per fidem cōuertitur ad cœlestia & aeterna.  
 Secundum est, extendere manum, hoc est, orare, ma-  
 nuum enim extensio, supplicum habitus est hæc di-  
 tem externa manuum extensio, aliud non est, quam  
 pedagogia et puerilis disciplina, ueræ orationi nihil  
 tribuens, nihil adimens: ceterum uera manuū extensio,  
 FIDES, est qua cordis manus porriguntur usque ad  
 cœlū & faciem Dei. Tertium, est iniquitatem è manu,  
 & è tabernaculo nostro eijcere: porro, iniquitas ma-  
 nus operum nostrorum, iniusticia est, non eorum tantum,  
 quæ p se mala sunt, quæ & mundus damnat,  
 sed quæ iusta & bona sunt, nã & ea iniqua sunt, non  
 ex operãte Deo (operatur enim Deus in nobis omnia  
 bona opera, uelle, & perficere) sed ex adpendice car-  
 nis: hæc inquam iniquitas, de manu nostra (id est, operi-  
 bus) tollenda est, quomodo? FIDE. Sic enim Petrus  
 ait: Fide purificatur corda, qua fide? Primum, de cœ-  
 lestibus

lestibus bonis, si credideris, per Christum tibi omnia  
 eterna bona, gratis donata esse: nihil operaberis, ut  
 merearis, nihil boni tibi adscribes, sed Domino tuo:  
 in operibus tuis, non quæres quæ tua, sed quæ Dei  
 sunt. Dem, de terrenis bonis, si credideris Deum nu-  
 tritorem tuum, & patrem familias, ac procuratorem  
 esse, nō quæres in negocijs tuis quæ tua sunt, sed quæ  
 proximi, nec calumniaberis proximiū propter opes,  
 propterea quod eas in Domino abundantes, possideas.  
 Quid igitur erit homini, dirigenti cor suum, exten-  
 dens manus suas ad Deum, & expurgati opera sua  
 iniquitate? leuare audet faciem suam coram Deo,  
 sine macula, sine adcusatione: si enim cōscientia pec-  
 catum, aut Sathan nos adcusauerit, Deus est qui iusti-  
 ficat: Christus mortuus est & resurrexit, ut unā cum  
 ipso resurgat pius, præterea firmus manet sine timore  
 reprobantur enim pij confidenter, scientes nullā crea-  
 turam posse sibi salutis suæ iacturam inferre, Rom. 8.  
 Hæc obliuiscitur miseriæ, quæ citius aqua præter-  
 fluente fugit, ut est Esa. 65. Non audietur ultra uox  
 clamoris & fletus, &c. Apocal. 21. Absterget Deus  
 omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & mors ul-  
 tra non erit, neq; clamor neq; dolor. Hæc omnia in  
 Ecclesia implentur, in qua per FIDEM abstergun-  
 tur lacrymæ, et abit dolor: dolet quidem corpus, sed  
 interior homo de die in diem promouet.

Felicitas pij  
 uiri.

ANNO T. IN HIOB.

ET DE MERIDIE SVRGERET  
Meridie, id est, tempore opportuno, clarissime  
apertissime, Esa. 58. Orietur in tenebris lux tua,  
tenebrae tuae erunt sicut merides.

MANE. Id est, cito, Esa. eodē: Erumpet quasi  
ne lumen tuū, & sanitas tua citius oriatur. Descri-  
tur autem hoc loco benedictio, ut habes Deut. 28.

AC VELVTI DEFOSSVS.

Pius Verbū Domini habens, confidit, nihil timet  
aduersarias uirtutes, securus nō tā somno, quā morte  
NEC ESSET, QUI EX TERRERET.

Similia habes Leuit. 26. Dormietis, & nō erit qui  
exterreat, & Soph. 3. Adcubabunt, & non erit qui  
exterreat.

ET CONTRÉMISERENT FACIE  
TVAM. Pius in Domino constans, omnibus aduer-  
sarijs & potestatibus, etiamnum in coelestibus, for-  
midabilis est, unde & Sathan, pios persequitur: im-  
pium enim ei formidabiles essent, non persequeretur.

OCVLI AVTEM IMPIORVM

Antithesis est: pii benedicuntur in operibus ma-  
nuum suarum, impij uero maledicuntur, nec consti-  
dum iudicauerit eos Dominus, & spes eorum perit  
propterea quod nō sit in Verbum domini, sed in su-  
ipsoꝝ pꝛesumptionē, directā, unde pulchre admo-  
spes impioꝝ hoc loco dicitur וַיִּפְּסוּ מַלְאָכָיו

animæ exufflatio, hoc est, spiraculum hominis uanum, quod Græcus ἀπόληξιν, id est, perditionem interpretatur, ut enim nihil potest hominis spiritus efficere, quamuis ingentia spiret, proijciens ampullas & sesquipedalia uerba: ita uana est impiorum spes, nō constat, non perdurat. Porro, ut hæc à Sophar, recte differuntur (quibus tamen tacite Hiob mordetur, tanquam impius, propter adflictiones & maledictiones quas sustinet) ita nondum conuincunt Hiobem, propter impietates, adflictū esse, licet interim in iudicio appareat, id quod natura sua est omnis homo, nempe impatiens, impius & blasphemus.

## CAP. XII.

Respondens Hiob, dixit.  
 Vere ne uos (soli) estis homines, quibus cum morietur sapientia?  
 Etiam mihi cor est, sicut uobis, nec inferi  
 or uobis sum, & cui hæc nō sunt cognita?  
 Qui deridetur a proximo suo, ut ego,  
 Inuocat Deum & exaudit eum, risus est  
 iustus & simplex.  
 Lampas contempta in cogitationibus  
 diuitis, parata ad offendiculum pedis.